

G est moueri illo motu. Vnde uiolentum tertio Ethic. cap. 2. est uisus principium extrinsecum, est nihil conferente eo, cui uisus affertur, quod non est in proposito, quia natura orbis apta est moueri naturaliter motu circulari, quia cuiuslibet corporis naturalis simplicis est, unus motus naturalis simplex. Vel est naturalis ex parte intelligentie, quae est anima, & forma eius modo declarato. nam ut inquit Cömen. primo Cösti. com. 5. forma abstracte, secundum quod sunt formae abstractae innatae sunt, ut illud quod ab eis mouetur sit corpus, neque graue, neque leue, sicut innatae sunt, ut motum ab eis sit rotundum, & sicut innatae est forma ignis, ut habeat materiam propriam, & quia talis intelligentia semper innata est mouere caelum motu circulari, ideo motus ille est naturalis. licet ipsa non sit forma sufficiens, immo ut sit uel sit principium separatum, & extrinsecum, licet ut mouet sit coniuncta, & appropriata uisus orbi, quod praecipue locum habet de omnibus mouentibus orbis inferiores, quia prima intelligentia est forma communis totius caeli, ut supra declarauit quomodo caelum componitur ex duobus motoribus iuxta duas solutiones datas per Auer. supra.

H Motus igitur ab extrinseco motore non semper mouentur, ne motus ab extrinseco motore in mobili non habentur inclinationem ad talem motum dicitur esse uiolentus, & sic debet intelligi proposito proposito in uia Peripateticorum. Et iuxta hoc patet solutio ad obiectionem illius utri que dicebat, quod si intelligentia non esset forma dans esse caelo motus caeli esset, sicut motus qui est respectu aggregati ex plausito, & bobus, & sicut ille motus est uiolentus simpliciter, quia est ab extrinseco motore, ita esset de motu caeli pro aggregato ex intelligentia, & orbe, patet quod est magna diuersitas. nam alia longe ratio est, tum ex parte formae, tum etiam ex parte materiae, ut satis clare patet consideranti. nam ut inquit Albertus cognometo magnus primo caeli, super expositione text. com. 1. o. motus circularis, duo requirit, quorum unum est, ut mobile non habeat inclinationem naturalem, nisi ad motum circulationis, & haec aptitudo conuenit sibi ex rotunditate suarum superficierum. Alterum autem est motoris simplicitas, qui unitiformiter se habeat ad partes eius quod mouetur, cum tale nullius corporis sit actus, & cum non potest moueri per accidens, alio modo ratione cuius diuersimodo disponeret ad motum. non sic autem est aptitudo naturalis in plausito, ut ueretur a bobus. nec boues sunt innati semper mouere plausitrum, sicut intelligentia semper est innata mouere circulariter orbem, quia motus circularis, est motus animae, ut dicit Cömen. in 2. cap. de Substantia orbis.

Alber. Ma.

I
Prop. 6. 71.

Media sunt composita ex extremis.

A N I M A D V E R T E quod mediū est duplex quoddam est medium secundum comparisonem, sicut dicimus, quod aer, & aqua sunt elementa media inter ignem, qui est simpliciter leuis, & inter terram, quae est simpliciter grauis, & de talibus mediis in comparisonem sola existitibus proposita proposito ueritatem non habent. unde aer, & aqua, non sunt composita ex igne, & terra, nec ex leuitate ignis, & grauitate terrae, ut manifestum est. Similiter etiam hoc modo anima intellectiua est media inter abstracta, & materialia illo modo. Similiter elementa secundum Cömen. tertio Cösti. com. 6. illo modo dicuntur media inter substantiam, & accidens, quia in aliquo assimulantur substantiis, & realiter in aliquo accidentibus, non quia forma elementalis sit realiter composita ex natura substantiae, & ex natura accidentis, sicut conatur dicere. Plurimum Com. in primo Microtechni. com. 1. 5. contra Auer. nam inquit, cum media sint eiusdem generis cum extremis, si elementa sunt media inter substantiam, & accidens, tunc substantia, & accidens essent eiusdem generis, non anima ueritatem autem hanc aequo rationem, quia in mediis in sola comparisonem dicitur, aut existitibus, non oportet quod media, & extrema sint eiusdem generis, sicut forma elementi est medium solum

Cötra Tru-
facium.

secundum comparisonem. nam in quantum facit hoc, alio quid est substantia, & participat naturam, & conditionem substantiae, sed in quantum intenditur, & remittitur, sic assimilatur accidentibus. Alia autem sunt media absolute non ex comparatione dicta, & talia sunt formaliter composita ex extremis, ut tenet Cömen. & sic colores medi composituntur ex extremis, ut patet. 5. Physic. com. 5. 2. & alibi infinitas, & talia media, & extrema sunt eiusdem generis. Et aduerte quod tale medium secundum compositionem est duplex. Quoddam enim solum differt ab extremis secundum magis, & minus, ut tepidum dicitur esse medium inter calidum, & frigidum. Et quoddam est medium secundum formam, seu qualitatem, & tale specie differt ab extremis, & isto modo mixtum potest dici medium inter elementa ex quibus componitur. Distinctio prima est Auer. in 4. Cösti. com. 26. Distinctio autem secunda est eiusdem in 6. Physic. com. 32. & in 3. Meteor. in cap. de fride. expresse ponit eam dicens, medium est secundum duas species. Vnum eorum secundum ueritatem, & secundum prius, & est medium inter contraria cuius esse consistit in complexione duarum extremitatum, & ipsum secundum quidditatem est diuersum a duabus extremitatibus. Secundum autem dicitur similitudinarie, & secundum posterius, & est medium inter duo contraria secundum quantitatem tantum, & diuersificatur ab extremis secundum magis, & minus. Et nota quod loquendo de medio secundum formam, non oportet ut transiens de extremo ad extremum pertranseat per omnia talia media secundum formam, quae specie distinguuntur ab extremis, sicut notabiliter scribit Auer. in 2. de Anima. in tex. cö. 1. 06. quod ad modum albedo non transiatur ad nigredinem, aut e conuerso, nisi mediante aliquo colorum mediorum. in alio quo igitur transiatur mediante charopio, & in aliquo mediante chiano. Non enim esse necesse, ut transiatur in extremo sit per omnia media. Ex hoc soluitur Achilles uolentium probare dari aequale ad pondus, sicut fuit Thomas de Carbo in summa sua, tractatu secundo de complexionibus in q. 5. ubi tenet dari mixtum aequale ad pondus, quo ad qualitates alterantibus, uidelicet quod non possit dici plus calidum, quam frigidum, nec plus humidum, quam siccum, inquit enim nulli dubium, quod secundum communem uiam in homine plus abundat calidum, quam frigidum, & quod in praedicto subiecto potest caliditas paulatim corrumpi in tantum, quod frigidum erit plus calido, & semper inquit loquimur de complexione mixti, quae est uere medium. secundum formam igitur necessario in tali motu calidum non abundat supra frigidum, nec e conuerso. Similiter sepum a praedominio est humidum, & paulatim exsiccatum cum comburitur, non solum per resolutionem, sed etiam per qualitatem intrinsecam quod fit cinis, clarum est. quod praedictus cinis, est plus siccus, quam humidus. Et quod est mixtum, & non elementum purum, & per consequens complexionatum: & quod non erat in actu in ipso sepo. Ergo oportuit in aliquo instanti in praeterito motu humidum adaequatum fuisse sicco. Dicimus nos quod licet in aliquo instanti medium in tali transitu a calido ad frigidum, & ab humido ad siccum. istae qualitates contrariae sint adaequatae in gradu, tamen ibi non resultat una forma media, nec durat illa adaequatio nisi per instantes. Sed contra istam solutionem instat praefatus doctor, quia ista est melior, quae dari potest dicens, quod ista responsio non ualet, quia in quocumque instanti potest terminari motus. Secundo quia cui repugnat esse, & est impossibile esse repugnare per omnem mensuram. Si igitur ex natura mixtionis, ut ipsi deducunt impossibile est esse aequale ad pondus, impossibile erit ipsum esse pro quacumque mensura. Dicimus nos quod rationes istae sunt logicae, non enim procedunt ex propriis principis naturalibus, sed sunt rationes imaginariae, licet enim in quocumque instanti possit terminari motus alterantis alio quod alterabile ad aliquam formam, non tamen in quocumque instanti potest forma aliqua induci. Nam ut inquit Princeps in secunda Sen. primi, primo cap. Non omnis causa quae corpori aduenit in ipsum operatur, immo praeter hoc, ita sunt

Medis facti
de oppositis
non duplex.

L

M

Solutio
genuina.

Replicatio
evidens.

Solutio.